

C O N C I L I I C O N S T A T I E N S I S

breviis & informationibus à dicto domino cardinali de Salancho nomine papaz, re^e D
cessit de Scaefhusen, rediens ad Constantiensem ciuitatem. Ascensio palatium papaz
le, repperit ibidem serenissimum principem regem Romanorum, sive dictum cum
domini cardinalibus, cumq[ue] ambasatoribus regis Francorum, ambasatoribus stu-
di Parisienses, & alijs deputatis nationum, porrigit ibidem brevia sibi commissa,
& praesertim breve direc^{tum} Romanorum regi. Quo uiso & lecto, ipse de mandato
domini papaz & eius iussu dixit, q[ui]tler dominus noster papa non recessisset de Con-
stantia ob aliquam impressionem, uim, metu, timore siue aliam causam siue culpam, quā
posset imponere domino regi, neq[ue] suis; sed propter sanitatem corporis, & offerret
se implerum omnia, quā promisisset in concilio Constantiensi, & quod diligenter
dominum regem sicut unquam, & libenter uellet secum conuenire, si contingere
ipsum ire Niciam ad Petrum de luna, & secum conferre de modo unionis & refor-
matione ecclesie, & alia dixit, prout superius in eius relatione continetur, in die lu-
ne post diem palmarum facta. & illa dixit tunc, q[ui] papa iniunxit sibi, non obstante
q[ui] accepit ab ore cardinalis de Salancho, cum unum & idem reputasset papam &
cardinalem de Salancho, quo ad huiusmodi relationem: & si aliqui dicerent uel scri-
berent contrarium, non posset in contrarium: & quod satis admiratur de hoc. Cardi-
nalis uero de Salancho, qui ibidem erat praesens, dixit q[ui] papa iniunxit sibi talia
dare in mandatis, licet dixit quod deberet dicere, quod non propter impressionem,
uim, metu aut timorem domini regis praeceps, sed bene ob timorem aliquorum no-
bilium de curia sua, de quibus habuisset papa timorem. Sed de persona regis non dis-
fidisset, quam diligenter sicut unquam. Super quibus serenissimus dominus rex Roma-
norum perit ibidem per protonotarium sedis apostolicæ, concilij, nationum, aliosq[ue]
notarios & tabelliones ibidem existentes, fieri unum uel plura, publicum seu publi-
ca, instrumentum seu instrumenta. Similiter ambasatores regis Francorum nomi-
ne archiepiscopi Remensis, & magister Benedictus de uniuersitate Parisiensi, praes-
entibus ibidem ambasatoribus Sueciæ & Polonie regum, filio marchionis Mon-
tisferrati, Joanne de vicecomitibus de Mediolan. Rodolpho duce Saxonie, alijsq[ue]
ambasatoribus, prælatis & doctoribus in numero copioso.

Ibidem post lineam 22. lege ad hunc modum:

Remensem. Qya cantata, iuxta ritu alias sessionis legebantur letaniae cū introitu.
Exaudi nos dñe &c. & collesta p[ro] pace unionis, ac euangelio & hymno. Veni creator
sp[iritu]s &c. praesentibus ibidem dñis Angelo Laudensi, Antonio Aglegensi, Gualielmo
s[an]cti Marci, Antonio de Salancho, Alaminus Pisano presbyteris, Amadeo Salutiensi,
& Frâncico Florêtino diaconis cardinalib[us]. Absentibus uero Ioanne Viuarien. Petro
Cameracensi, Frâncisco Venetiensi, & Ludouico de Flisco cardinalibus, licet in dicta ci-
uitate praesentibus, ut publice ferebantur. Dictoq[ue] officio missæ, letanias cantatis & dictis,
surrexit de mandato totius sanctæ synodi reuerendus pater dominus Andreas ele-
ctus Poznanienfis, & certa capitula per modum constitutionū syndicatum prius per
singulas quatuor nationes conclusa & deliberata, legit & publicauit; quorum teno-
res sequuntur & sunt tales.

Ibidem facie, post lineam 17. legantur haec:

Item declarat, decernit, statuit & diffinit dicta sancta synodus, q[ui] dictus dominus
noster papa renunciare tenetur, nedum in quocunq[ue] casu in schedula oblationis suæ
comprehenso, sed etiam in quocunq[ue] in quo sua renunciatio offerre potest magnam
& evidentem utilitatem ad bonum unionis ecclesiæ dei, quodq[ue] super hoc dictus do-
minus noster papa declarationi & diffinitioni huius sacri concilij stare tenetur.

Item statuit, diffinit, decernit, declarat & deliberat dicta sancta synodus, q[ui] dictus
dominus noster requisitus pro bono unionis per hoc sacrum concilium, papatu re-
nunciare